Sigismundus dei gratia Rex Polo[niae] magnus dux
Lituanie Russie prussie masovie etc. dominus et heres.

Generose fidelis nobis dilecte. Cum videamus
arcem nostram Camenecen[sem] maiori nunc quam antea in-
digere provisione. Commisimus certis capitaneis nostris
qui istic nonnullas res pro victu necessarias
mitterent. Tibi etiam mandamus uti habere
volentes, ut ad rationem pecuniarum nostrarum
Lardi pernas quinquaginta emat: emat etiam
farinam, pisa, millium et pultes: quartum
vero pro lardo pecunie exponet; tantum in duplo
ad farinam et alias quas nominavimus res f[idelitas] tua
extradere volumus; atque ea omnia coempta ut
quamprimum ad Camienecen[sem] mittat illi mandamus.
Quicquid autem ex pecuniis nostris ad eam rem
f[idelitas] tua extradet, id illi in ratione suscipiemus.
Aliter non factura pro officio suo et gratia
nostra. Datum Cracovie XXI^{a} Septembris.
Anno domini M° D° XLII° Regni nostri
anno XXXVI°.

Sigismundus Rex s[ub]s[crip]t[it]

Generoso Alberto Lissowski capitaneo
Grodecen. fideli nobis dilecto.

26 [1542]